

XXXV. *Qualiter patroni marinarios canbire non debent (1).*

A. 195\* || Confirmamus quod patronus aliquem marinarium quem in uiatico uel uiaticis pro sua naui habuerit, canbire non debeat (2), nisi de uoluntate maioris partis mercatorum nauis ipsius. Patronus uero (3) qui contra hoc fecerit, duplum marinarietie marinarii quem aliter canbiret nostro comuni debeat emendare. Ordinantes ut omnes marinarii sacramento manifestare teneantur scribano nauis, nec non et baiulis et rectoribus locorum et ciuitatum qui pro nobis et comuni Ueneciarum extiterint in terris in quibus nauis portum fecerit, patronum predictam minime obseruantem. Tunc uero nostri baiuli et rectores pro nostro comuni debeant (4) patrono illius nauis dictam penam auferre, uel si auferre non possent, nobis (5) A. 196 suis litteris intimare. Hic ueſtro in Ueneciis dicti marinarii consulibus communis infra octauum diem post suum redditum in Uenecias manifestare similiter teneantur (6); tunc dicti consules infra quindecim dies predictam penam patrono nauis illius exigere debeant et auferre (7). Et si dictam penam auferre non poterint (8) nos cum nostro consilio infra quindecim dies postquam in noticia

St. Tarr. 22.

*Var. in Q: XLVI. Quod patroni non possunt marinarios cambiare.* — (2) quem in sua naue habuerit, in uiatico uel uiaticis non debeat cambiare — (3) mercatorum. Ipsius uero nauis patronus — (4) fecerit, nostro comuni in duplum marinarietiam marinarij emendare teneantur. Ordinamus quod omnes marinarij teneantur hoc manifestare scribano nauis, aut baiulo uel rectoribus qui erunt in ipsis terris et locis pro comuni Ueneciarum in quibus nauibus portum fecerint. Si patronus minime obseruabit antedicta, nostri baiuli uel rectores pro comuni Ueneciarum a — (5) auferre debeant; si tollere non poterunt, nobis debeant — (6) intimare. Marinarij autem infra dies XV postquam Uenecias intrabunt, similiter debeant consulibus manifestare; et — (7) a patrono nauis infra dies XV debeant dictam penam exigere — (8) predictam penam excutere non poterit

Q. 90